Quia sibi de Bonis Paternis et Maternis, se Recognoscentem in vim dotis et expeditionis concernen[tibus], per manus supra scriptorum Parentum suorum realiter et effective satisfactum est, ea itaque interveniente satisfactione, Bonis iisdem abdicat, abrenunciat et resignat, praesentibus, salvis quibusvis Successionibus, in se Recognoscentem post quasvis personas devolvendis, pleno in robore reservatis.

Mokrzecki nomine Magnifici Branicki Jatowickim & aliis Intercisam roborat:

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Christophorus Mokrzecki, Pincerna Bielscen[sis], Notarius Castrensis Branscen[sis], Illustris et Magnifici Ioannis Clementis in Ruszcza Branicki Marschalci Curiae Regni Branscen[sis] Stopnicen[sis] Bielscen[sis] Ratnen[sis] Capitanei Plenipotens, sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse eiusdem Illustris et Magnifici Curiae Regni Marschalci nomine, procuratoria habitione cavet, et se praesentibus inscribit, eundem Illustrem et Magnificum Curiae Regni Marschalcum, Successoresque illius in et super Bonis eius generaliter omnibus Summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus, Intercisam certam inter

praedictum Illustrem et Magnificum Marschalcum Curiae Regni,
ab una, et Generosos Nicolaum Alexandrum Jelowicki, suo
et Generosorum Stephani et Joannae Virginis, Fratris et So-
roris suorum germanorum, Joannem Denisko Subiudicem
Cremenecen. itidem suo, et Generosae Catharinae, tum Chri-
stophorum Morsztyn etiam suo et Generosae Mariannae
Jelowickich Consortium suarum nomine parte ab altera.
vatione certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa
contentarum de Actu et Data eius in Curia Siedliscensi Die
Trigesima Junii Anno praesenti confectam, conscriptam ma-
nibus tam eiusdem Illustris et Magnifici Marschalci Cu-
riae Regni quam et suprascriptorum Generosorum Nicolai
Alexandri suo et praefatorum Generosorum Fratris et So-
roris suorum germanorum, Joannis Denisko Subiudicis Cre-
menecensis itidem suo et Generosae Catharinae, tum Christo-
phori Morsztyn, etiam suo, atque Generosae Mariannae
Jelowickich Consortium suarum nomine ab utrinque sub-
scriptam in omnibus et singulis Intercisae praefatae Condi-
tionibus, punctis, clausulis, articulis, damnis Terrestri-
bus simpliciter absque corporali Juramento taxandis,
et edicendis ligamentisque ac nexibus generaliter Uni-
versis, quantum pro parte et interesse eiusdem Illustris
et Magnifici Curiae Regni Marschalci Conditionesque
personam ipsius stringentes spectat, firmiter tenere, com-
plere, exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque et
singulis illius contentis, quantum pro parte et interesse eius-
dem Illustris et Magnifici Curiae Regni Marschalci Con-
ditionesque personam illius stringentes spectat, tam in
toto quam in quavis minima parte, toties quoties opus
fuerit, satisfacere. Intercisam praefatam ad Inscriptio-
nem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem
Roboratoriam ad Intercisam praedictam in toto ex ipsis

referendo. Idque sub damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Juramento taxandis et edicendis per praefatum Illustrem et Magnificum Curiae Regni Marschalcum aut eius Successores, praenominatis Generosis Nicolao Alexandro Jelowicki, tum et aliis suprascriptis personis aut illarum Successoribus, ob non completionem contentorum Intercisa praefata omnium et singulorum, quantum pro parte et interesse praenominati Illustris et Magnifici Curiae Regni Marschalci conditionesque personam illius stringentes spectat, tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Nihilominus is idem suprascriptus Recognoscens Generosus Christophorus Mokrzecki Pincerna Bielscensis Notarius Castrensis Branscensis debebit et tenebitur, prout se ac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus Summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis, suprascriptis Generosis Jelowickim aliisque omnibus supranominatis personis illarumque Successoribus inscribit et obligat praesentibus, suprascriptum Illustrem et Magnificum Joannem Clementem à Ruscza Branicki Marschalcum Curiae Regni vel in eventu mortis Successores illius, ad approbandam per ipsum Inscriptionem praesentem Roborationem aut simile aliam suo pro interesse faciendam, ad Acta quaevis Authentica Regni vim et vobur perpetuitatis in se habentia intra decursum duodecem Septimanarum, adducere, et personaliter statuere absque vel in eventu mortis Successoribus illius, et praemissa debite ex aequanimiter efficere. Idque sub similibus damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Juramento taxandis et edicendis per eundem Recognoscentem Generosum Christophorum Mokrzecki Pincernam Bielscensem Notarium Castrensem Branscensem, aut eius Posteros, praenominatis Generosis Jelowickim aliisque omnibus suprascpecificatis Personis, vel earum Successoribus

1876

ob non statutionem suprafati Illustris et Magnifici Curiæ Regni Marschalci statuendi vel in eventu mortis Successorum illius, ad exequenda præmissa pro tempore et loco superius descriptis ad solvendum succumbendus. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Juramento taxatis et editis modoque præmisso ad solvendis succubitis ac pro re aliqua principali ex contentis Intercisa præfata quantum pro parte et interesse eiusdem Illustris et Magnifici Curiæ Regni Marschalci, Conditionesque personam illius stringentes spectat non completa complenda, suprascriptoque Illustri et Magnifico Marschalco Curiæ Regni non statuto statuendo, Citati existentes et quidem memoratus Illustris et Magnificus Curiæ Regni Marschalcus, aut eius Posteri ob non completionem contentorum Intercisæ præfatæ, quantum pro parte et interesse, Conditionesque, illius personam stringentes spectat, suprascripto vero Recognoscens Generosus Mokrzecki Pincerna Bielsciensis ob non statutionem suprafati Illustris et Magnifici Curiæ Regni Marschalci statuendi, ad instantiam suprascriptorum Generosorum Jelowicki aliorumque supra specificatorum aut illorum Successorum, ad Officium præsens Castrense Capitaneale Premysliense extunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere, respondere, Damna præfata Terrestria simpliciter taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant præsentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, Causa eiusque Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro Maiori, Minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad muninenta,

ad Evictionem, vel aliis quibusvis Dillationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ac quietationem praeter eas ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutione faciendo, ac praemissa omnia Donis simplicibus vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus, fatalibus Juris, praescriptione Terrestri bello Convertioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo aliquovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Mokrzecki nomine eiusdem Magnci Branicki Scriptum in rem eorumq Jatowickich & alior roborat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Christophorus Mokrzecki Pincerna Bielscensis Notarius Castrensis Branscensis Illustris et Magnifici Joannis Clementis in Ruscza Branicki Marschalci Curiae Regni Branscensis, Stobnicensis, Bielscensis, Ratneysis Capitanei Plenipotens, sanus mente et corpore existens a Terrenis, Districtibus, Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentique vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per ex–